Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



EXO

incipit Exo

Et sunt nomina filiorum israel qui ingressi sunt in egyptum cum iacob singuli cum domibus suis intro ierunt. Ruben. Symeon. Leui. Iuda. Ysachar. Zabulon. Beniamin. Dan. Neptalim. Gad. Aser. Erant igitur omnes animae eorum qui egressi sunt de femore iacob. LXX. Ioseph autem in egypto erat. Quo mortuo et universis fratribus eius. omnique cognatione sua. filii israel creuerunt et quasi germinantes multiplicati sunt. ac roborati nimis impleuerunt terram. Surrexit autem interea rex novus super egyptum qui ignorabat ioseph. et ait ad populum suum. Ecce populus filiorum israel multus et fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum. ne forte multiplicetur. et si ingruerit contra nos bellum addatur hostibus nostris. expugnatisque nobis egrediatur de terra. Proposuitque eis magistratus operum. ut affligerent eos oneribus. Edificauitque urbes tabernaculorum pharaon phycon et ramesses. quanto autem opprimebat eos tanto magis multiplicabantur. et crescebant. Oderant que filios israel egypti. et affligebant illudentes eis. et illudentes atque ad amaritudinem perducebant. vitam eorum operibus duris luti et lateris. omnique famulatu quo ire operibus premebatur. Dixit autem rex egypti obstetricibus hebreorum quarum una vocabatur sephora. altera phua. precipiens eis. Quando obstetricabitis hebreas. et tempus partus aduenerit si masculus fuerit interficite illum. si femina reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum. et non fecerunt quod preceptum regis egypti. sed conseruabant mares. Quibus ait rex. Quid ita est hoc quod facere noluistis ut pueros reseruaretis. Que responderunt. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Ipse enim sunt obstetricandi scientiam. et prius quam ueniamus ad eas pariunt. Bene ergo fecit deus obstetricibus. et creuit populus confortatus que est nimis. et quia timuerunt deum obstetrices edificauit illis domos iuxta latentias. Precepit autem pharao omni populo suo dicens. Quidquid masculum sexus natum fuerit in flumen mittite. et quidquid feminam

Egressus est. Cum reseruate quoque posset hec. II

iam de domo leui. accepta uxore stirpis sue que concepit et peperit filium. et uidens eum elegantem. abscondit eum tribus mensibus. Cumque iam celare non posset sumpsit archam et linuit eam bitumine. ac pice. posuitque in ea infantulum. et exposuit eum in carecto ripe fluminis stante procul sorore eius. et considerante euentum rei. Ecce que descendebat filia pharaonis ut lauaretur in flumine. et puelle eius gradiebantur per ripam. Aluei que cum uidisset. scirpeam in papyrione misit unam e famulabus suis. et allatam aperiens cernens